



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Synopsis Annalium Societatis Jesu In Lusitania

Francus, Antonius

Augustæ-Vindelicorum, M. DCC XXVI.

Annus 1562. Soc. 23.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72313)

Naves duæ, quibus ferebantur nostri, sic Christianis moribus excultæ sunt, ut referrent speciem sacræ familiæ.

13. Ad Brasiliam duo tantum navigarunt, Franciscus Viegas Lusitanus Profecti ad Brasiliam. sacerdos, & socius dictus Scipio, Italus natione, quos secum deduxit Lucas Giraldus in prætoria nave, ejus Præfectus. E Brasilia valetudinis curandæ ergo redierat P. Joannes Dicus.

14. Suum Eborensis Collegium & Academiam auxit Serenissimus Fundator novis redditibus. Pius IV. Pont. Max. per diplomata expedita 14. Aprilis donavit nostro Eborensi Collegio sex prædia, & oppidum Montem-Agrafsum. Hæc omnia Pontifex separavit à reditu Eborensis Archiepiscopi. Prætereà consentiente Ludovico Mello templi Cathedralis Scholastico, paræciæ S. Joannis in monte majore novo redditus Collegio & Academix applicavit. Collegii Eborensis redditus au- gentur.

15. Non interrupti favores Principum. Regina Catharina suis elaborabat manibus texturas aureas ad exornandum venerabile tabernaculum domûs Professæ templi. Infans Elisabetha cum filiabus Maria, & Catharina, obtentâ à Summo Pontifice facultate, lavabat ejusdem templi lintea sacra. Cùmque Elisabetha ex operis assiduitate valetudinem sentiret labefactatam, rogavit, id celarent Præfectum templi, ne deinceps ab eis linteis ad se mittendis abstineret. Antonius Ludovici filius tanti nos faciebat, ut dicitaret, majorem, quàm ex concione, se capere voluptatem, si è nostris aliquem modestum videret. Benevolentix Principum.

16. Id temporis vivebat intra Collegium D. Antonii filius Regis Ceilami, à nostris eruditus Christianis sacris, & moribus, quos altè combiberat. Cùm nostri domum verrebant, sumptis scopis, & ipse juverat. Vetantibus respondit: Etiam personis sui gradûs honorificum esse DEI templa ac domos scopi mundare. Nihil in supremi Regis domo vile, & abjectum. Dictum pium filii Regis Ceilami.

Annus 1562. Soc. 23.

Rex, sive Xarifus Marrocensis, cùm regna septem armis in suam rede-gif-fer potestatem, nihil se gessisse ratus, nisi Lusitanos exureret arcibus in Africa præsidio infessis; igitur omni vi expugnare conatur Mazagoniam arcem Lusitanorum ad oram maris Atlantici. Exercitum admovet ex octoginta sex millibus equitum, peditum quindecim millibus constat. Par tantæ moli sustinendæ arcem tuebatur Alvarus Carvalius. Hic substituto fratre suo Ruyfio, Ulyssiponem abduxerat feminas, & turbam inutilem. Regina Alvarum remittit cum classe viginti navium validissimo milite, & cæteris, quæ usui essent, impositis. Adduntur quatuor de nostris, Gaspar Alvarus, Marcus Nunius sacerdotes; Franciscus Figueiredus, & Melchior Paiva coadjutores, qui egregiam operam bono communi impenderunt, dum juvissent Mazagoniæ defensores. Hos inter discurrebant periculorum obliti, hortabantur, ut agerent, quæ digna forent Christiano nomine, quæ Lusitano. Obsidioni Mazagoniæ Nostris 4. inter- sunt.

2. Mauri tandem, conatu nequidquam adhibito, suis rebus diffisi vasa colligunt, ac ingentia passî damna relinquunt obsidionem. Dicitabant à se visam per muros discurrere matronam habitu humano augustiorem. Nostris sibi persuasum habuere, fuisse Virginem Matrem Lusitanis propitiam.

3. Externo jam malo liberos capit intestina discordia Alvarum, & Ruyfium fratres, quorum ductu res inclytè gesta fuerat, divellere. Ubi Regina certior facta, curas adhibuit in placandis de republica viris optimè meritis. Eam provinciam injungit nostro Andreæ Carvalio duorum fratri, qui Ministrum agebat Eborensis Collegii: adit is Mazagoniam, fratrem utrumque restituit concordix. Andreas olim in India militans à S. Xaverio Societati adjunctus, affectâ valetudine remittitur in Lusitaniam cum litteris commendatiis ad M. Simonem. Profecturo dixit altiori motu spiritu Xaverius: *Abi, moriêre ubi tui consanguinei animas posuerunt.* P. Andreæ Carvalii insignis virtus, & charitas.

Antonius Franco.

1. 2

4. Maza-

4. Mazagoniâ redux optat invifere Bernardinum Carvalium fratrem fuum Tingitanæ urbis Præfectum. Dum illò navigat cum socio Melchiore Paiva Coadjutore, incidit in myoparones Turcicos, à quibus est capta triremis Lusitana. Ubi Regina id nunciatum, doluit, ut res pofcebat; litrum illico mifit, quo redimeretur. Sed DEI famulus fui oblitus voluit iis pecuniis eripi fervituti Ariam Saldaniam adolefcentem primæ nobilitatis, qui fimul cum ipfo captus fuerat, cujus ætas & forma erant injuriis obnoxia. Poftea tot litigia fuborta inter barbaros de redemptione Andree, quod talis, ac tantus vir effet, tot dynaftarum frater, ut in ea fervitute vitam efflârit.

Scholæ Brigantini Coll.

5. Collegium Brigantinum, quod anno fuperiore cepit incoli, labente anno aperuit Gymnafia. Suppetias venere sacerdotes duo, & quatuor non sacerdotes, quorum tres erant futuri Magiftri. Magnam exiftimationem Brigantini conceperant de Magiftris, antequam viderent: arbitrabantur calvitie, canis, & rugis venerationem præfelaturos; ubi confpexere adolefcentes penè imberbes, & non sacerdotes; illudi fibi credebant, non difsimulatâ mentis perplexitate. Calendis Octobris celebravit Miffæ facrum Mirandensis quidam Canonicus. Pro concione dixit Francifcus Canus Abbas Monfortensis, vir æquè moribus, ac fapientiâ exornatus, fubinde Algarbiensis Epifcopus. Effufus in noftre Societatis laudes, fimul plurimis facræ fcripturæ locis deterfit vanas illas Brigantinorum opiniones de Magiftris, non metiendis ex ætate, & externa figura, fed ex moribus, ac doctrina, quibus vel adolefcentes effent in Societate inftituti. Danielis, Davidis, & Jofephi exemplis roboraverat.

Discipuli Conimbricæ.

6. Conimbricæ nofttrarum fcholarum difcipuli tam bene moribus & literis inftituti ad Academiæ migrabant aulas, ut earum Rector Profeffores admodum, confervarent in fuis difcipulis, quæ noftri inferuerant. Res momenti haud magni immodicam rebus noftreis apud Magnates auxit opinionem. Nondum patebat mors Ven. Martyris Gonfali Silveiræ; cùm divita parentum hereditate fua portio fex cruciatorum millium deftinata efl Gonfalo. Monet Rector Collegii Conimbricenfis, dictum æs colligeret ad Societatem pertinens. Refponfum efl P. Gonfalum folemniter profeflum in tales hereditates jus non habere; nec Societati morem eflè fieri participem bonorum ad fuos fpectantium, in quocunque fint ftatu. Mirati novitatem dixere: idcirco Societatem in fuis obeundis minifteriis eâ frui libertate, quæ perfonas hominum non curet.

Rheuma perniciofum.

7. Rheuma peftilens adeò fœvit Ulyffipone, ut intra dies octo mors rapuerit mille, & octingenta capita. Noftros homines die, ac nocte femper invenit paratos ad fuccurrendum miferis urgens neceffitas. Inter eos, quos id malum corripuit, fuit Dominus Geminus Brigantini Ducis frater, Conftantinus illius frater noftros vocari jufsit, qui confelfionem exciperent, piisque verbis juvarent. Magna Principis Chriftiani exempla præbuit: fultitiam, ajebat, ac fraudes eflè res humanas, præter fãctimoniam, & Romanam fidem. Verba morientis ultima fuere: *in manus tuas commendo fpiritum meum*. Crevit iis, quæ videre in obitu Geminii, amor Ducum erga Societatem.

Domus Conventarum confervatur.

8. Regina gubernatrix confervatura domum, in quam fe receperant mulieres converfæ, obtinuit à Pontifice diploma, ut cujusdam facræ familiæ religiofi eam fufciperent curam. Id ubi faminis innotuit, adeò fuit turbata, ut ad unam omnes meditata fint domum deferere. Regina, & Cardinalis mifere de noftreis Profelfis unum, qui exhortationibus & confiliis cunctas redegit in frugem fanam, & regie voluntatis obfequium. Porro hæreticus quidam ad refium eductus, diu pertinax, à noftro emollitus, & bene comparatus vindici juftitiæ fe fubmifit.

Reginæ dona.

9. Denuò Regina bonam pecuniæ summam Collegio Conimbricenfis fubminiftrat ad perficiendum templum. Plurimas telas fericeas dono dat Ecclefie Domûs Profelfæ ad altaria exornanda. Tandem moleftiffimi regiminis percella, deponit onus in humeros Cardinalis Henrici. Quamvis hætenus optime Principis partes expleverit, fimillima tamen Carolo quinto fratri fuo, ftudiola vivendi fibi, gubernaculum alteri tradidit.

Regina deponit curas regendi.

An-